

minori maior extremitas interventu medii termini coniungatur,
sillogistica resultat oracio, per quam necessitatis ineluctabilis incumbente
molestia disputans compellitur assentire. Et quid amplius laxatis habenis in
laudem ipsius mee narrationis curriculum permitterem evagari. Hec est lux
5 vera, que omnem illuminat hominem, dignum tamen in huius orbis orbitam
venientemi. Hec de quibusdam existit principiis, quibus ignotis impossibile
est scire alia, ut in conmento Manlius annuit Severinusii. Que claudit et
nemo aperit, aperit et nemo claudit veluti clavis preambula tocius sapientie
penita reserans et resignans. Ad cuius apprehensionem quesumus ardentibus
10 desideriis anhelantes, indesinentibus studiorum lugubrationibus aspiretis,
duxi vos propensius deprecandos et illos specialiter, quorum linguas tenera
dudum ligatas infancia mater iam solvit gramatica et voces ad plenum
docuit monetare, quia pinguedo medulle, quam ossea tegit soliditas, non
consuevit admittere, qui duras nervorum compagine nequeunt absilire.

3.

Reg.: RBM II, pp.1124, n.2591

K 203^{va} Rethorica extollitur, inducuntur, qui fieri notarii cupiunt vel
causarum patroni, ad ipsam adiscendam.

Sociis suis karissimis sibi amoris puris nexibus vinculatis, Pragensis
studii scholaribus H. de Ytalia salutem et rethorice fluento dulcedinis
fecundari. Auratis redimita monilibus et multiplici colorum sidere

P 92^{vb} scintillata, magnis et crebris afflata favoribus, et miri saporis dulcedine

01 interventu iudicii: iudicii *exp.* V – coniungatur: coniungitur E – 06 existit principiis: principiis
existit P – 08 penita: penitus P – 13 pinguedo: pingendo P – 14 admittere: amittere P – nervorum:
navorum E – nequeunt: nequnt C – 15 Rethorica ... adiscendam *om.* P, Laudatur rethorica et
addiscendum eam inducuntur, qui fieri notarii cupiunt vel causarum velunt esse patroni K